



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXXIX. Avenionen. fideicommissi. De invaliditate testamenti ex  
causa furoris, vel amentiæ, quando intret necne; Et de testamento ad  
interrogationem per nutum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

sideratur etiam in Romana de Gracchis coram Remboldo, & coram Duran. decisi. 178. Et apud Merlin. decisi. 772. numer. 18. Et in aliis, quod dici non posse videbatur in isto casu, dum curator fuerat deputatus per Congregationem Visitationis Apostolicae, in qua tot insignes Cardinales assistebant, præfertim idem Cardinalis patruus, nullaque vigebat suspicio fraudis.

Quamvis autem præmissa (posito facto) probabilitatem haberent, non tamen concludant ad effectum de quo agebatur, quoniam facti circumstan-  
tia docebant, ut omnes prædicti actus gesti essent honestatis, ac decoris causa, & ne vir adeo qualificatus, ob aliquas levitates, ac imperfec-  
tiones, in derisu esset, ut contingerere solet; Non tamen exinde inferti posset ad talēm amentiam, ut eum redderet intestabilem, quoniam (ut supra advertitur) non omnis mentis debilitas, vel habetudo, quæ prudentiam tollat, vel minuat, caufat intestabilitatem; Minusque deputatio curatoris, vel administrato-  
ris ad id sufficiens reputatur, Rot. apud Duran. decisi. 178. numer. 29. Et 32. in Romana de Gracchis post add. Mascal. de probat. ad consil. 824. Caren. d. reso-  
lut. 171. num. 12.

## AVENONIEN.

## FIDEICOMMISSI

## PRO

MARGHERITA, ET MAGDALENA  
DE VIENNOT

## CUM

## ANNAN.

Causa varie decisus per Rotam.

De invaliditate testamenti ex causa furoris, vel amentiae, quando intret necnè. Et de testamento ad interrogationem per nutum.

## SUMMARIUM.

- 1 F. Adi seritis.
  - 2 Resolutiones causa.
  - 3 De testamento invalido ob amentiam.
  - 4 An & quando testamentum ad interrogationem va-  
leat, & num. 16.
  - 5 Quibet presumitur sana mentis.
  - 6 Habent pro se Regulam sufficere uscire probationem  
imitationis.
  - 7 Attestatio Notarii est deferendum.
  - 8 Ac subscriptione testium.
  - 9 Ac etiam subministracioni sacramentorum.
  - 10 Attendatur prudens dispositio, quod disinguatur  
num. 17.
  - 11 An uultus sit magna, vel modica.
  - 12 Falsitates, & machinationes non committuntur sine ma-  
gna utilitate.
  - 13 Desertur etiam observantia.
  - 14 An, & quando testes testamentariorum admittantur  
contra testamentum.
  - 15 Non omnis infirmitas mentis reddit intestabilem.
  - 16 Declaratur conclusio, de qua n. 4.
- Card. de Luca Paris de Test.

- 17 De conclusione, de qua num. 17. an dispositio prudens amentis valeat.
- 18 Declaratur conclusio, de qua num. 13. circa obser-  
vantiam.
- 19 Quomodo ista materia decidenda sit.
- 20 Et quomodo regulanda sint conclusiones, & doctri-  
na.

## DISC. XXXIX.

**J**ohannes de Viennot lethali morbo laborans, te-  
stamentum nuncupativum nuncupatione ex-  
plicita condidit coram septem testibus, & No-  
tario, qui illud rediget in scripturam adfor-  
matum Statuti in singulis paginis à testibus sub-  
scriptam, in quo hæredes instituit duos ejus filios  
cum substitutione inter eos, eisque abique prole de-  
ficientibus, substitutus Simeonem agnatum, aliqua  
etiam dispositione facta ad favorem Annae uxoris,  
qua sequuta morte testatorum, filiorum tutelam sus-  
cepit, ac hæreditatem adivit ex testamento, quod in  
alii partibus quoque impletivit; Cum autem dictorum  
hæredum obitus abique prole contigisset, unde  
propterea factus esset causus ad favorem dicti Sime-  
onis superstis, atque isto post modum defuncto,  
Margherita, & Magdalena ejus filia immisionem  
in partibus obtinuerint; Comissa ex scripto San-  
ctissimi, vel Cardinalis Legati causa in Rota coram 2  
Cerro, sub diebus 24. Ianuarii 1659. Et 27. Febru-  
arii 1660. ex fundamento inyallitatis testamenti  
ob testatoris amentiam, contraria auctrices prodierunt  
resolutiones, à quibus recessum fuit sub die  
20. Junii 1661. coram eodem, atque realump-  
ta causa (per notabile tempus quiescente) coram  
Albergato subrogato, sub die 17. Novembris 1670. (me-  
ramen in hac ultima disputatione non scribente) po-  
sterior resolutio pro testamenti validitate confirma-  
ta fuit.

Cum autem unicus causa punctus in eo consiste-  
ret, an testator esset necnè testabilis; Hinc pro-  
inde scribentes pro Anna rea convertata, qua  
filiorum testatoris intestata hæres erat, pro aman-  
tia justificatione, duo deducebant fundamenta in primis decisionibus admissi; Primo, scilicet alio-  
rum testium testamentariorum, ac etiam aliorum de-  
positiones, super statu omnino frænetico testatoris,  
quem propterea foriter ligatum in cubiculo te-  
nere oportuit, ex iis que, ceteris relatis, ha-  
bentur super hujusmodi testamentorum invaliditate  
ob mentis infirmitatem, apud Mantic. decisi. 60. Rot.  
decisi. 620. par. 1. Et decisi. 107. par. 2. divers.  
decisi. 288. Et 346. par. 9. recent, in quibus concordan-  
tes.

Et secundò, quod ageretur de testamento  
condito, non ad dictamen testatoris, sed ad  
Notarii interrogationem, cum simplici verbo affir-  
mativo si, vel nolu, & signis; Quamvis enim haec te-  
standi forma in jure prohibita non sit; Attamen  
id procedit quando testator in statu valido ita sit  
testatus; Secùs autem in statu infirmitatis præ-  
teritum gravis, ac lethalis, fortius vero ubi ea fræne-  
sum cauferit, cum tunc præsumptio urgeat contra  
testamentum, ideoque testamentarium sit onus  
concludenter probandi, quod illud in statu san-  
gements, ac sincere ordinatum sit, neque intret ea  
generalis præsumptio, qua regulatiter vigeret,  
juxta communem traditionem DD. in lib. in-  
bemus Cod. de testamen. ut ita distinguendo firmant.  
Roman. consil. 306. num. 6. verl. Ego vero pro vernate,

De LUCA  
Testamentis  
etc.  
GVI

*Corn. conf. 73. numer. 5. & 6. lib. 1. Menoch. conf. 45.  
Sp. d. conf. 90. num. 8. lib. 1. Rot. dicta decif. 288. & 346.  
par. 9. Mantic. d. decif. 60. cum aliis in hujus causa decisionibus, præterim secunda.*

Scribens ego pro actricibus, ac testamenti validitate, (etiam cum sensu veritatis, quemdem Rota agnoscit), dicebam huic parti justitiam assistere, ob majores probationes, quæ sanitati mentis, ac sinceritati etius assistebant, ac etiam ob insufficientiam probationum amentiae.

Illud imprimis generaliter statuendo, priusquam ad specialia, ut infra, descenderetur, quod cum ex dicta communis traditione DD. in d. iubemus, de qua in omnibus fere auctoritatibus, ac decisionibus, de quibus infra, præterim apud Celsum decif. 166. numer. 5. quilibet in dubio presumatur sanæ mentis, neque testamentatio incumbat onus probandi sanitatem, cum ei sufficiat regula, seu presumptio, transfundens onus probandi concludenter contrarium in oppositore.

Hinc proinde resultat nimium frequens conclusio, de qua apud Surd. consil. 505. numer. 6. Rot. decif. 229. numer. 33. par. 6. decif. 158. numer. 3. & decif. 270. numer. 1. par. 10. & frequenter, ut scilicet habent pro le intentionem fundatam, non incumbat onus faciendo probationes præponderantes, ac sufficientes alias factas in contrarium, sed sufficiat, etiam semiplenè, seu alias imperfekte offuscare, duobiamque reddere probationem ejus, cui eam perfectè facere onus incumbit, ita potius per impedimentum, ne illa sequatur, seu perficiatur, quam per destructionem jam facta, ideoque omnino præponderantia necessaria non est. Et tamen eam in præsenti concurrere dicebam, ex pluribus simili junctis, quæ cessare faciebant illas difficultates, quæ super singulis distinctè consideratis cadere poterant, cum confusa regula, ut singula quæ non profunduntur.

Primo siquidem assistebat attestatio Notarii, cui ob ejus fidem, à lege, atque à testatore probatum, regulariter est deferendum. *Bald. in d. l. senium numer. 27. C. de transact. & cæteri apud Buratt. decif. 211. numer. 7. & decif. 256. numer. 3. Cels. dicta decif. 166. numer. 15. decif. 233. numer. 32. pag. 7. recent. cum aliis collectis per Andreol. controvers. 223. numer. 5. ubi cum consueto inepto pragmaticorum stylo, in parte numerica magnam vim constitudo, longam retexit litaniam doctrinarum.*

Secundo ob testimoniis subscriptionem in singulis chartis, ad formam Statuti, cum ita testes idem affirmare dicantur ex relatis per Surd. conf. 414. numer. 76. & seqq. Rot. decif. 263. numer. 26. & 27. p. 4. rec. tom. 2. & decif. 58. numer. 34. & 35. ad p. 4. tom. 3. & in aliis, de quibus infra.

Tertio ob attestationem parochi, qui contempnorant, testatori, tanquam sanæ mentis, sacramenta ministravit, ut ponderatur apud Cels. dicta decif. 166. numer. 17. apud Buratt. dicta decif. 211. numer. 9. decif. 250. numer. 17. & 20. dicta dec. 233. n. 18. p. 7. rec. & in aliis in eis relatis.

Quarto, ex bene, ac prudenter regulata dispositione, quæ licet, (posita mentis infirmitate), ex 10 veriori sententia non sufficiat, attamen in dubio nimium attendenda est, ut infra distinguendo habeatur.

Quinto pro meo iudicio maximæ momenti erat, ea circumstantia, quam, juxta stylum amplectendi motiva naturalia potius quam leguleica, nimium exagerabam, (atque potissima causa fuit recessus à prioribus duabus resolutionibus), modica scilicet, ac eventialis, & verisimiliter non

sperata utilitas diæti Simeonis, qui duobus, ærate longè inferioribus substitutus erat.

Falsitates etenim, ac machinations, ut advertitur sup. dñs. 2. & in aliis, committi non solent, nisi ex motivo magna utilitas; Potissimum vero in hac fa 12 eti specie, quod agebatur de testamento condito nuncupatione explicita, publicè, & palam omnibus audientibus dispositionem, unde propter ea, magna requirebatur machinatio, in cuius casu, machinator curasset liberam institutionem in universa hereditate, relictâ filii solâ legitimâ, non autem adeò eventuale, ac verisimiliter non sperata substitutionem benè regulatam favore agnationis, cum pingui dispositione ad favorem ipsius oppositicis, ut clare ad sensum; Itaque motiva naturalia sunt illa, quæ in hac materia principaliter attendenda sunt.

Et sexto, denum accedebat observantia ejusdem Annae impugnatrixis, dum vigore testamenti hereditatem adierat, legata solverat, omniaque alia implerat, ideoque intrat adeò frequens, ac recepta proprie, super operatione observantia in omnibus ambiguis.

E converso autem dictæ contrarie probationes minus concludentes erant; Siquidem quoad testes, plures ex eis notabiles patiebantur exceptiones in persona, præterim vero unus magis affectatus, utporè effectus ejusdem Annae vir, ob urgentia argumenta, quod de tempore depositionis, aliquæ futuri matrimonii præparations jam præcessisset.

Ac ulterius, cum ex supra deductis, ac plurimes in præcedentibus, testes subscribendo, approbare dicantur ea quæ per Notarium gesta sunt, ita contrarium asserendo, contrari dicendi sunt, propriam turpitudinem allegantes; Quamvis enim Spad. confil. 90. lib. 1. & confil. sequent. (cum cujus auctoritate in primis decisionibus proceditur), ceteris relativis probet, ut non prohibeantur testes testamenti Notarium convincere de falsitate, atque probare contrarium ejus, quod in scriptura reperitur; Attamen id rectè procedit ad dictum eff. et. 1. atque ubi Notarius alterat veritatem actus, eo modo quo verè coram eis gestus est, & in his terminis omnes loquuntur; Secùs autem ubi agitur de statu testatoris, quem omnes videbant, adeò ut aequaliter sit eff. et. 1. acipitorum interventionium, ac subscriptiumenti testamento condito per eum, quem videbant furiosum, ac instabiliter, ut ita distinguenda advertitur in posterioribus decisionibus.

Potissimum quia non agebatur de mentis infirmitate fixa, & confirmata, sed de accidentalis fratreli resultante à periodis morbi, unde propter eam bene simul, ut testator quandoque fraterius fueroit, & tamen cessante illa accidentaliter alteratione fuit in statu valido, ac habili ad testandum, juxta plurimi casuum distinctionem, de qua dñs. præcedens, ubi quod non omnis mentis hebetudo causat intestabilitatem, ut etiam habetur dñs. sequens.

Quoverò ad alterum assumptum, circa testamentum ad interrogationem; Dicebam, quod vera, nimiumque probabilis videretur distinctione, de qua apud Mart. Medicos decif. 18. & Surd. conf. 414. numer. 54. & seqq. qua mediante bene decisions, ac auctoritates defuerit in contrarium urgentes conciliantur, quod scilicet; Aut nulla præcedente testandi præparatione, ac voluntatis communicatione per testatorem facta Notario, vel alteri, hic ex abrupto, ac proprio marte interrogat testatorem graviter infirmum, cum interrogatoriis, quæ suggestiva dicantur; Et tunc recte

recte id procedat, ex ea probabili ratione ponderata insuper allegat, decisionibus, praesertim decis. 283. & 346. par. 9. recen. quod gravi morbo lethali contempti, ac moribundi, ad evitandum fastidium, omnibus affirmativè respondere solent, non reflecendo ad vim interrogationis, velad effectum responsonis; Aut vero præcessit præparatio, adeout Notariis, vel alter, cui testator jam ejus voluntatem communicaverat redigendam in scripturam, eum interrogat super jam communicatis, an bene extensa essent, & an in eadem voluntate perseveraret, idque ob morbi angustias, cum solis verbis, vel signis explicare sit nimis incommunum, juxta plures casus, de quibus supra, & nunc difficultas non intrat, nisi aliud in contrarium probetur, talisque est frequens, & quotidiana praxis.

Cumque scribentes in contrarium, nimiam se diffunderent in restringendo quartum fundamentum supra deducunt, ex prudenti, beneque ordinata dispositione, tam circa filiorum institutionem, cum reciproca substitutione inter eos, ac subsidiariam ad favorem agnati, quam circa disposita favore uxoris sub conditione viduitatis, ac etiam circa electionem sepulturae, piisque legata, aliasque dispositiones, non nisi viro prudenti congrua, multa deducerent; Hinc proinde, ad aquivoca tollenda dicebam, quod in ista questione apud Scribentes nimium involuta, an scilicet testamenti rationabilitas, ac dispositionis verisimilitudo, illud salvet ab invaliditate, non obstante probata dementia testatoris.

Affirmativam ex sententia Senatus Romanorum, relata per Valerium Maximum. & alios, notanter veram dicit Ioh. Andr. in cap. finali num. 10. de success. ab intestato, quem ceteri sequuntur relati per Manic. de conjectur. lib. 2. tit. 5. num. 6. & 7. Boer. decis. 23. num. 58. cum sequen. Buratt. & Adden. decis. 256. num. 21. & 31. Magdalen. de num. testium par. 1. cap. 4. num. 89. Rub. de testamen. ex num. 267. ad 300.

Negativam vero tenet Bart. Abb. & ceteri cumulati per Magdalen. ubi supra, & latius per Rub. ex num. 301. cum sequen. Verum ubi auctoritates hinc inde numerarentur, adeout ex majori numero, articulidicis penderet, tunc forte major affiseret priori opinione.

Veritas tamen residet videtur in ea distinctione, quam egregie, ceteris relatis, tradit Rotæ apud Duran. dec. 178. num. 25. repetit. decis. 232. num. 31. par. 5. recen. & apud Merlin. decis. 772. num 14. ac habetur dis. præced. quod scilicet; Aut agitur de furore fixo, continuo, & confirmato, adeout nulla absint dilucida intervallo; Et tunc nisi probetur pristinæ mentis recuperatio, sola rationabilitas, vel bonus ordinis dispositionis non sufficit; Vel quia nulli enanti quandoque in proposito loquuntur juxta notum judicium fatui Parisiensis; Vel quia id ad aliorum suggestionem sequi potest.

Aut infirmus aliqua dilucida intervalla habere solitus erat; Seu (magis ad rem) non agatur de furore, vel dementia fixa, notabilis tempore confirmata, sed de illa alteratione mentis, quam febris, seu alterius morbi vis in infirmis, (juxta eisdem morbi periodos) ad tempus cauflare solet, adeout cadere possit probable dubium, an de tempore conditi testamenti, infirmus, alterata, vel tranquillam mentem haberet; Et tunc ordo bonus, vel malus dispositionis in hoc dubio esse debet regulator ejus validitatis, ut concurrente prudenti, beneque ordinata dispositio, præsumptio fieri pro sanitate; Multoque magis ubi pro eadem concurrent, assertio Notarii, ac alia probations, vel administricula, cum non omnis alteratio mentis sufficiat ad reddendum aliquem intestabi-

lem, ut liquet ex pluribus Rotæ decisionibus ita luctucentibus, vel testamenta, vel etiam dotationes, & aetas inter vivos; Ut praesertim in ultimis voluntatisibus habetur decis. 184. par. 1. recen. decis. 570. par. 4. tom. 3. det. 233. par. 5. dec. 233. par. 7. apud Buratt. decis. 256. in Roman de Gracchis coram Remboldo imprensi, in addit. ad Massard. de probat. conclus. 82. 4. decis. 265. par. 9. recen. apud Cels. d. decis. 166. & in aliis; Et in terminis donationis Merlin. decis. 672. decis. 298. par. 7. & decis. 276. par. 8. recen. bene in Romana donationis 1. Ianuarii 1619. coram Dunozezo senior, inter suas dec. 191. Atque si ponderentur DD. firmantes invaliditatem dispositionis, non obstante ejus bona ordinatione, liquet quod procedunt cum dicto præsupposito dementiae continua, & confirmata, juxta deducta dis. præced.

Ad ultimum argumentum obleviantia ejusdem oppositicis; Respondebant Scribentes in contrarium ( atque priores decisiones responsonem admittunt) quod in muliere legum dispositionis ignara, id potius ignorantia, vel errore crudelitati referendum esset, cum generalitatibus, de quibus plures subtil. de alienat. & contract. & alibi, ut ad ratificationem, vel revalidationem actus invalidi, requiratur scientia certa, ac positiva facti & juris; Verum videbatur nimium debilis, ac improppia responsio; Id etenim procederet in ea questione, an haeres impugnare valeat testamentum invalidum ratione solemnitatis, quod ipse jam alias approbavit, vel observavit, sive ubi de ejus fide probantur sit quæstio; Sed ubi defectus est naturalis, ac notorius mulieribus etiam, ac idiotis prælestum vero est bene notus ipsi uxori, quæ infinito viro assilebat, tunc obleviantia non attenditur, tanquam revalidatio actus de jure invalidi, sed tanquam probatio facti, quod scilicet bene ipsa sciret, quod tunc testator esset in statu valido, cum alias praesens non permisisset actum, vel conquesta esset.

Clarus autem error est in hac materia, sive pro una, sive pro altera parte, se regulate cum generalibus propositionibus iuris, ac doctrinis, vel decisionibus, & consilia editis in casibus diversis, cum istæ sint quæstiones puri facti, ex ejus qualitate, ac singulorum casuum particularibus circumstantiis decidedantur, speccato earum numero, ac etiam personarum, locorum, patrimonii, & verisimilitudinis, vel inversimilitudinis qualitatibus, quarum primaria est ista verisimilitudinis, vel inversimilitudinis, ita pridentis, ac judicis viri, non autem puri legulei patentes assumendo.

Concusiones etenim sunt pharmaca, quartum virtus, ac operatio consistit in bene proportionata compositione, juxta morbi, & infirmi, ac temporum, & locorum qualitatem, non autem omnia omnibus in eadem quantitate, eodemque modo applicanda sunt, atque in hoc consistit frequentior Legistarum pragmaticorum ineptia vere intolerabilis, ideoque meritò apud aliarum scientiarum professores contemptibilis; Iste liquidem contemptus male cadit in ipsis legibus quæ optimæ sunt, ac sapientissimæ, sed in eatum mala praxi, vel intelligentia,



De LUCA  
de  
testamentis  
etc.  
CVI

92 D E T E S T A M E N T I S.  
N E A P O L I T A N A  
T E S T A M E N T I.

P R O  
HOSPITALI MENDICANTIU M  
U R B I S,

C U M

S A G G E S I I S.

*Casus disputatus coram Indice Montis Pietatis, & concordatus.*

**D**e cadem materia invaliditatis testamenti ratione infirmitatis mentis, & quando haec reddat intestabilem. Et incidenter, an judicium invaliditatis testamenti, tractari possit cum legatario, non vocato haere- de universali.

S U M M A R I U M.

- 1 *F*acti series.
- 2 *Quare soleat denegari remissoria, vel mandari quod testes accedant ad Urbem.*
- 3 *Ubi causa hereditati, vel fiduciam commissi tractanda sit.*
- 4 *Causa validitatis testamenti, ac status testatoris est individualia, & pernacce in uno loco trattanda est in foro heredie.*
- 5 *Non dicitur renunciatum causa, ob remotionem impedimenti praestiti alteri Induci.*
- 6 *Occasione remissoria agi soleat de meritis.*
- 7 *Non omnimentis alteratio, vel intellectus hebetudo reddit intestabilem.*
- 8 *Datur enim lelio fantasia, vel imaginativa in una specie, qua non tollit in aliis operationem mentis vel judicii.*
- 9 *Dispositio prudens, ac beneregulata, an attendatur in hoc proposito.*
- 10 *An exclusio filiorum sit signum amentiae.*
- 11 *Quae sit causa favorabilior, filiorum, vel pietatis causa.*
- 12 *De circumstantiis ponderandis pro sanitate mentis.*
- 13 *Quomodo bene, ac prudenter ordinata dispositio attendenda sit.*
- 14 *De eodem, de quoniam. 12. & quod ista sint questiones facti.*
- 15 *Ecclesia & pia loca debent cum filiis, vel conjunctio disponentium benignè agere.*

D I S C U R S U S XL.

**J**annes Jacobus Saggessius, aurii, seu gemmarum faber, Neapolitanus, vel alterius loci adjacentis, aliquam habens indignationem cum duobus ejus filiis, ad Urbem accessit, ibique per aliquod tempus moratus est; Regrediens vero ad Civitatem Neapolitanam, depositus in Monte pietatis Urbis arcum cum gemmis, aliisque bonis, ad ejus exercitium pertinentibus, atque in dicta alia Civitate testamentum condidit clavulum, juxta hodie communem, ac frequentem formam nuncupationis nuncupatione implicita, de qua plures in precedentibus, in quo post solita processoria, diligenter descriptis ferè omnibus ejus bonis contentis in dicta arca relictâ in

Urbe, & in alia area gemmarum, aliorumque similiū bonorum majoris valoris, quam in dicta Civitate custodiendam reposuerat in Ecclesia, seu oratorio Aurificum, relicta legitima de jure debita filio, ac nepi ex altero filio prædefuncto, factisque aliquibus legislati, hæredem instituit hospitale Incurabiliū dictæ Civitatis, arcam verò ut supra reliquit in Urbe cum omnibus ibi existentibus legavit hospitali S. Sixti ejusdem Urbis; Cumque sequuta eius morte, officiales, & administratores dicti hospitalis Incurabiliū, aperto testamento curassent, pro eo stylo, sequestrati dictam aliam arcam, atque Jūdex delegatus inhibuit M. C. V. ne ad præambuli confectionem procederet; Hinc præfati, filius, & nepis, prætententes testamenti invaliditatem ratione amentiae, curarunt cum dicto hospitali si concordare, mediante solutione ducatorum 1700. facta per bancum publicum, sub nomine eleemosynæ, atque ita remoris dictis inbibitione, ac sequestro, (tacito testamento) fecerunt se in dicta M. C. V. declarari hæredes ab intestato, faciendo, ut ibi dicuntur, præambulum; Cumque administratores dicti hospitalis S. Sixti, habita notitia dicti testamenti, istius vigore obtinuerint à Jūdice Montis pietatis sibi consignari dictam arcam, cum obligatione de restituendo ad omne ejusdem Jūdicis mandatum; Hinc præfati filius, & nepis, judicium instituerunt contram dicto Jūdice super testamenti invaliditatem, petendo remissoriā, ad effectum probandi per testes amentiam testatoris, cui peritiori tanquam nimium suspicet, me tanquam d. hospitalis jūdice acriter opponente, plures defuper habitæ fuerunt disputationes, in quibus de duabus punctis actum fuit; Primo scilicet de competencia fori, & an istud judicium tractari posset in Urbe cum legatario particulari, vel potius tractari debet in dicta Civitate Neapolis cum hæredi universali, & in M.C. V. ubi actores curaverant se hæredes declarari, vel saltim quod esset citandus hæres universalis; Et secundò circa prætentam testatoris dementiam talē, quod illum reddere intestabilem, dum attento tenore testamenti, attentisque eisdem attestacionibus exhibitis ab actoribus pro summa articulata dementia, prætendebatur ex hac parte, quod resulteret irrelevantia, cuius ratione denegandam esse dicebant remissoriā, dum aliqua probabilis suspicīa aderat, ut cum aliqua veitatis alteratione in prejudicium hujus hospitalis affectaretur in diversa Civitate illa probatio, quæ neglecta fuit cum altero hospitali hærede universali, cuius administratores ibi justè timebantur à partibus, & à testibus, non ita formidantibus hanc Partem in diverso Principatu existentem, ubi falsitas detergetur; Ad quod niūm reflectendum est, unde propterea aliquando (licet raro) quando hæc fulpicio urget, demandari consuevit, ut testes accederent ad Urbem, ut in sua materia sub tit. de iudicis, sed cordia litigii finem dedit.

In his autem disputationibus, Scribens ego pro hospitaliōe convenio; Quatenus pertinet ad primum punctum, deducbam eadem, quæ habentur sub tit. de iurisdict. dis. 87. ubi scilicet, & quando causa universalis concernens hæreditatem, vel fideicommissum, tractari debeat; Ibi enim deducta percutiunt solum diversitatē bonorum existentium in diversis territoriis, vel provinciis, super majori, vel minori competencyia; Ita vero casus erat fortior, cum ageretur de substantia, seu validitate testamenti, unde propterea connexio erat longè major, dum impossibile est, ac manifestè implicat, ut idem testator, in uno loco declaretur sanæ mentis, ac testabilis, in altero autem loco declaretur amens; Ideo que